

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Vicium b cum uariis

Duo sunt ex omnibus uicia que maxime homines decipiunt sui uoluptate, gula scilicet ac libido, quos deponere eo difficilius est, quo eis uti dulcius et hec uicia tam molesta tamque delectacione sui periculosa, ita a multis calcari uidimus ut tota etate sua uirgines permanserint in sua abstinencia, ut de illis taceam qui post deliciarum longum luxum et inueteratum usum libidinis et castitati ac temperancie se dederunt, et utriusque uicium contraria sibi uirtute mutauerunt. Aliorum uiciorum est longe diuersa racio que cum nichil iocunditatis sed multum amaritudinis habunt, que cum ad uitandum sint facilia, raro tamen a quibus uitentur inuenies.

Ieronymus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quos] quae P V¹ V² L¹ L²; tamque] tamquam M; nichil] diu *add.* (*del. sub lin.*) B; habunt] habeant P V¹ V² L¹ L²; Ieronymus *om.* B V² L¹ L²